

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6348

Auteur(s) : Raoul de Bierville, chevlier [autre]

Bénéficiaire(s) : Rouen, Saint-Lô (prieuré)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1284, novembre

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Donation par Raoul de Bierville de 30 sols tournois de rente perpétuelle.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. De Glanville Léonce, *Histoire du Prieuré de Saint-Lô de Rouen*, ses prieurs, ses priviléges, ses revenus d'après les documents authentiques tirés des archives de la Seine-Inférieure et mis en ordre, Rouen, E. Cagniard, 1890-1891, 2 vol., t. 2, pièces justificatives, n° XX, p. 330-331.

Texte établi d'après a

Noveant universi presentes et futuri quod ego Radulphus de Byerville miles de assensu et voluntate Agnetis uxoris mee vendidi et omnino in perpetuum concessi viris religiosis priori et conventui Sancti Laudi Rothom. pro quindecim libris turon. de quibus michi ad plenum satisfecerunt in pecunia numerata renunciantes exceptioni non numerate non solute et non habite triginta solidos turon. annui et perpetui redditus ad festum omnium sanctorum annuatim super quandam masuram et terram eidem adiacentem sitam in parrochia de Byerville iuxta terram Petri dicti le Vilein ex una parte et terram Martini le Mellieur ex parte altera prout se proportat a communia ville usque ad terram Hugonis biel. Item et super unam aliam pechiam terre sitam in campo de Montevilla in predicta parrochia iuxta terram Iohannis Godefredi terram Iohannis dicti Warin et terram Guillelmi de Hesia ex una parte et semitam per quam itur de Byerville apud Longum vicum prout se proportat a terra Iohannis presbiteri de Byerville usque ad terram Iohanne dicte Bele cousine tenendam percipiendam et habendam et in perpetuum possidendam in locis predictis ad terminum ante dictum per manum meam et manus heredum meorum bene et in pace libere ab omnibus et quiete. et ad faciendam ex uinde omnem suam penitus voluntatem sine mei de cetero vel meorum heredum reclamatione contradictione vel impedimento aliquo. Ita tamen quod licebit de cetero predictis priori et conventui et eorum successoribus in locis predictis suam plenariam iusticiam facere et reddere quandocumque opus fuerit pro suo perpetuo redditu annuatim percipiendo et habendo ad terminum supra dictum. Et ego et mei heredes predictis religiosis et eorum successoribus dictum redditum in locis predictis contra omnes gentes tenemur garantire et ab omnibus impedimentis et obligationibus penitus deliberare et dictum redditum annuatim in perpetuum reddere..... Et ut hoc ratum et stabile permaneat in perpetuum ego predictus Radulphus religiosis hanc cartam de voluntate et assensu predicte Agnetis uxoris..... sigillo meo unacum sigillo predicte uxoris mee sigillavi. Actum anno m°. cc°. quadragesimo quarto mense novembr. testibus his Guillelmo Parin..... magistro Nicholao Croin clero. Radulpho de Valle. Radulpho clero.